Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cantur: et oblata sunt domino. Omnis
oblatio et sacrificium et quicquid pro
peccato atq; delicto redditur michi. et ce
det in sancta sacerdotum. tuum erit et filio
rum tuorum. In sanctuario comedes illud. Ma
res tantum edent eo quia consecratum
est tibi. Primicias autem quas uoue
runt et obtulerunt filii israel tibi dedi et
filiis ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mun
dus est in domo tua uescetur eis. Om
nem medullam olei et uini ac frumen
ti quicquid offerunt primitiarum domi
no tibi dedi. Inuersa frugum initia cas
tigabit humus et domino deportantur
cedent in usus tuos. Qui mundus est
in domo tua uescetur eis. Omne quod
ex uoto reddiderint filii israel tuum erit
Quicquid primum erumpit ex uulua
cunctae carnis quam offerunt domino.
siue ex hominibus siue de pecoribus fiant tu
tuus erit ita dumtaxat ut pho minus
primogenito pretium accipias. et omne
animal quod in mundum est redimi fa
cias. Cuius redemptio erit post unum
mensem sicli argenti quinq; pondere
sanctuarii. Siclus uigintiobolos habet.
Primogenita autem bouis et ouis et ca
prae non facies redimi quia sanctificata
sunt domino. Sanguinem tantum
eorum fundes super altare et adipem ad
lebis in suauissimum odorem domino
Carnes uero in usum tuum cedent. Sicut
pectusculum consecratum et armus
dexter tui erunt. Omnes primicias
sanctuarii quas offerunt filii israel do
mino. tibi dedi et filiis ac filiabus tuis iu
re perpetuo. Pactum pacis est sempiter
num coram domino. tibi atq; filiis tu
is. Dixitq; dominus ad aaron. In terra
eorum nichil possidebitis nec habebitis
partem inter eos. Ego pars et heredi
tas tua in medio filiorum israel. Filiis autem
leui dedi omnes decimas israelis in posses
sionem pro ministerio quo seruiunt in
tabernaculo federis. ut non accedant
ultra filii israel ad tabernaculum federis nec
committant peccatum mortiferum. So
lis filiis leui michi in tabernaculo ser
uientibus et portantibus peccata pro lege
ritum sempiternum erit in generatio
nibus uestris. nichil aliud possidebunt
decimarum oblationem contenti quas
in usus eorum et necessaria separaui. Lo
cutusq; est dominus ad moysen dicens.
Precipe leuitis atq; denuntia. Cum
acceperitis a filiis israel decimas quas
dedi uobis. primicias eorum offerre domi
no est decimam partem decimae ut repu
tetur uobis in oblationem primitiuo
rum. Tam de areis quam de torcularibus
et uniuersis quorum accepistis primi
cias offerte domino et dabitis aaron sacer
doti. Omnia quae offeretis ex decimis et
in donaria domini. separabitis optima
et electa cuncta erunt. Dicesq; ad eos.
Si praeclara et meliora quaeq; obtuleri
tis ex decimis reputabitur uobis qua
si de area et torculari deferitis primici
as et comederis ea in omnibus locis uestis
tam uos quam familiae uestra. quia pre
tium est pro ministerio quo seruitis in
tabernaculo testimonii et non peccabi
tis super hoc egregia uobis et pingui
a reseruantes. ne polluatis oblatio
nes filiorum israel et moriamini.

XIX

Locutusq; est dominus
ad moysen et aaron dicens. Ista est
religio uicitimae quam constitu
it dominus. Precipe filiis
israel ut adducant ad te uaccam rufam
eratis integre in qua nulla sit macu
la nec portauerit iugum. tradetisq;